

que praesentium scilicet et futurorum | [solertia, qualiter
 interventu Adelheidae^a dilectae nostrae^a] coniugis
^b s praesulis nostri karissimi fidelis Hubertus
 sanctae [Parme]nsis aecclesiae episcopus nostram adiens
 clementiam petiit, ut more [prae]decessorum nostrorum aec-
 clesiam suam proficiendo augmentaremus ex his, quae regiae |
 [potestati et publicae functi]oni debeb[a]ntur, et m[axime]
 ex his, quibus eiusdem ae[cclesia] lacerabatur, e[ex] parte sci-
 licet comitatus, vid[elicet] ut res | et familias tam cuncti
 cleri eiusdem episcopii, in quocumque co[m]itatu in]ventae
 fuerint, quamque et cunctorum hominum infra eandem
 civitatem | habitantium de iure publico in eiusdem accle-
 siae^c ius et dominium et districtum transfunderemus, ut
 deliberandi et diiudicandi seu distringendi potestatem ha-
 beret tam supra dicti cleri res et familias q[uam]que et
 homines infra eandem civitatem habitantes et res et fami-
 lias | eorum, veluti si praesens adesset noster comes palatii.
 Nos vero considerantes et commodum ducentes per sumpti
 imperii dignitatem et per mala omnia, quae acciderint sepe
 inter comites ipsius comitatus et episcopos^d eiusdem accle-
 siae^c, ut penitus praeterita lis et scisma evelleretur, et ut
 ipse | pontifex cum clero sibi commissio pacifice viveret et
 sine aliqua inquietudine orationibus vacaret, tam pro salute
 nostra et stabilitate regni quam et omnium in nostro regno
 degentium concedimus et largimur et de nostro iure et
 dominio in eius ius et dominium omnino transfundimus |
 atque delegamus murum ipsius civitatis et districtum et
 teloneum et omnem publicam functionem tam infra civi-
 tatem quam extra ex omni parte civitatis infra tria miliaria.
 destinata scilicet atque determinata per fines et terminos,
 sicuti sunt loca villarum et nominibus defixa castrorum | —
 in oriente scilicet Benecite, Kaselle, Colorite; in meridie
 Purpuriano, Albari, Uicocufoli; in occidente Uicoferdulf, i,
 Fabrorio, Aelli; in septentrione [Ba]ganciola^e, Casale, Palan-
 cani, Terabiano — cum omnibus adiacentiis et pertinentiis
 prefatorum locorum, integre remota occasione ullius | re-
 prehensionis, nec non et regias vias aquarumque decursus
 et omne territorium cu[ltum] et incultum ibidem adiacens
 et omne quicquid rei publicae pe[r]tinet. Insuper etiam
 concedimus et^f omnes homines infra eandem civitatem vel

a) Adelheidae — nostrae *ergänzt dem Sinne nach unter Berücksichtigung der Raumverhältnisse.* b) Lücke von etwa 8 cm, so dass etwa 35 Buchstaben ausgefallen sind. c) A. d) eps A. e) Die Ergänzung aus dem Druck Ughelli's; die Oberlänge des b noch sichtbar. f) A; NU. richtiger ut.